

Lympharum donec Rosci divine meatus
Pandis, & æternâ laude refingis iter.

Qvid loquar exutum regno jecur, atq; palæ-
stram

Sanguinis ad proprios transiluisse lares,
Nec tibi suffecit, genio, ferroq; , manuq;

Conari, in multos nî simul ardor eat:

Pluribus accensum est BARTHELINI à lumine
lumen,

Pluribus ad laudem sat fuit ille tripus;

Testor Bogdanos, & nomina clara Lyseri,

Teq; Thoruninum, culte Segere, decus:

Qvosq; referre mora est: ex hac incude profe-
ctus

Supra iit & nubes, & nitida astra Steno.

Parte aliâ ægrotis Pæon medicamina venis

Sufficis, & cymbæ proxima membra juvas:

O! quoties Lachesis medicato nectare stamen

Vicisti, & lethi præcipitantis iter?

Cessit hydrops, cessit scelotyrbæ, alviq; cruenta

Tormina, febriles succubuerè minæ.

Nec minùs ex aliis translata brabæa palæstris,

Nil reliquum Phœbo, quod retineret, erat;

Sive Sophocléis Regalia scepra cothurnis,

Gestaq; Apelleo significanda stylo;

Sive